



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinae, 1603

Insigne Martyrivm SS. Ioannis, Petri, Dorothei, ac Sociorum, Nobilium ac
Aulicorum: ex libro 8. Historiæ Ecclesiasti. Eusebij Cæsariensis. Coronati
sunt anno Christi Domini 302. Dioclet. & Maximani. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42728

SIGNÈ MARTYRIVM SS. IO-

annis, Petri, Dorothei, ac Sociorum, Nobilium
 ac Aulicorum: ex libro 8. Historiæ Ecclesiasti. Vide Tom.
 Eusebii Casariensis. Coronati sunt anno Chri- 2. Annal.
 sti Domini 302. Dioclet. & Maximiani. Impp. C. Baron.
 19. Marcelli Papa 6.

EODEM quidem tempore, cum salutaris
 passionis Dominicæ festum iam pro fo-
 ribus esset, omnibus in locis palam per
 literas edictum fuit, ut deiectis solotenus ec-
 clesijs, scripturæ igne absumerentur, & qui ho-
 mores adepti fuissent, omnibus ornamentis
 turpiter spoliarentur, & priuati, si modò in
 professione Christiana perstarent, libertate
 penitus priuarentur. Ac primùm edictum con-
 tra eos editum, tale fuit. Non longo tempore
 post, alijs literis mandatum est, ut omnes ec-
 clesiarum præsides, ubicunq; gentium, pri-
 tum conijcerentur in vincula; deindè omni-
 bus adhibitis machinis, idolis victimas immo-
 lare cogerentur.

Simulatq; edictum contra Ecclesias Chri-
 sti editum, in Nicomedia propositum erat, vir
 quidam non obscurus & ignobilis, sed, ut ho-
 minū fert opinio, longè illustrissimus, incredi-
 bili amore erga Deum & ardenti fide incitatus,
 occurrit in medium, & illud in aperto &
 publico affixum, tanquam profanū & maximè
 impium, manu auellens dilacerat; idq; cum
 duo ex Imperatoribus in ciuitate adesset: quo-
 rum alter ætate præ cæteris prouecta, primum
 imperij gradum, alter quartum ab eo obtinuit.
 Iste primus martyrū, qui tum occubue-

D d d runt,

9. Septē.
 Impium de-
 cretum Imp.
 contra Chri-
 stianos.

Item aliud
 contra Epi-
 scopos.

Ecce pium
 zelum Chri-
 stiani cuius
 dam, nomine
 Ioannis.

runt, ad hunc modum eximiè nobilitatus, taliaque cruciamenta perpeffus; qualia erat verisimile eū, qui fuisset in eiusmodi facinore deprehensus, subiturum, tum constanti & virili animo, tum pacato & tràquillo, ad extremum vsque spiritum constitit.

*Eximia vir-
tus S. Doro-
thei.*

Ex omnibus porrò, qui vnquā vel apud Græcos, vel apud Barbaros propter animi magnitudinē illustres, & hominū sermone celebrati sunt, nullus cū diuinis & eximijs nostri temporis martyribus Dorotheo & suis sodalibus, Imperatorum ministris, comparari potest. Qui quidem cū summum honorem apud dominos adepti fuissent, & amore essent apud illos liberis proprijs & ingenuis nō inferiores, probra & afflictationes pro pietate corporib. impositas, noua & multiplicia mortis genera cōtra ipsos excogitata, splendidiore reuerā extimarunt diuitias, quā gloriam, quā delicias, quib. hominum vita solet diffluere, Mortem igitur vnus ex illorum numero, qualis fuerit, commemorare placet, eamque lectoribus spectandam relinquere; vt indē, quæ reliquis etiam eius sodalibus contigerint, animaduerti possit.

*Horrendi
cruciatu
Petri mar-
tyris.*

Quidam illorum in ciuitate suprā commemorata coram Imperatoribus, quos diximus, in medium adducitur. Qui cū iussus idolis immolare, omninō recusaret, mandarunt nudum in sublime tolli, ac flagellis eouſque toto corpore dilaniari, quoad supplicio euectus, etiam animo inuito, quod erat imperatum, præstaret. Sed vbi ista perpeffus, constans & immutabilis persisteret, de reliquo ossibus eius im-

me denudatis acetum fale permistū in cor-
poris membra cruciatu attenuata, & propè cō-
busta, infuderunt. Atque vt istos dolores
protraheret, & veluti pedibus conculcarat, in-
de craticula & ignis in medium trahuntur, &
quæ eius corporis, tanquā carnes ad com-
edendum paratæ, ignis incendio non raptim
(vt breui è vita decedens, omni dolore libera-
retur) sed paulatim absumptæ fuerunt. Neque
qui eum imposuerant in rogam, etiam post tot
tamque graua cruciamenta ei vllum respiran-
di locum dare in animo habebant, nisi prius i-
psum imperata facturum annueret. Sed ille
proposito suo mordicus adhærescens, victor in
tormentis animam efflauit. Tale vnus regio-
rum famulorum martyrium extitit; appella-
tione sua (Petrus enim nominatus fuit) reuera
dignum. Ceterum Dorotheus, Gorgonius, ali-
que non pauci ex Imperatoris familia, atrocissi-
mis cruciatuum pariter generibus excarnifi-
cati, vitæque spoliati, diuinæ victoriæ, inuicti
Christi athletæ, præmia reportarunt. Porro
plura de his martyribus lector inueniet in hi-
storia Indes & Domnæ 27. Decemb. Tom. 4.

VITA S. AVDOMARI, EPISCOPI Vide Tom.
Morimensis: Ex ea quæ est apud V. P. Laur. Sur. 8. Annal.
Excessit ex humanis anno Domini 695. C. Baron.

BEATVS Audomarus antistes, nobilibus 9. Septē.
& secundum seculi dignitatem inclytis,
atq; in fide catholica eruditus, ortus pa- Patria &
rentibus, haud ita procul à Constantia, eo loco, parentes S.
qui Aurea Vallis nuncupatur, vitæ initium Audomari.

Ddd 2 auspi-